

Creaturarum enim munus est, si Creatori suo, ut oportet, inscribant, ad Deum nos perducere, deinde impedimento nobis non esse ad illum usque in finem nobiscum retinendum. Sane si Confessarius, postquam honestam feminam, sive nuptam, sive inuuptam, bonis consiliis in confessione imbuti, continuo ab eius oculis usque ad aliam confessionem se subtraheret, et crebras visitationes, et pia etiam munuscula, quia læta anguis in herba, vitaret, non parva incommoda, quae et Deo, et hominibus vehementer displicent, de medio tollerentur; alioquin saepe extra confessionem fient, quae necessariam materiam confessionis opus erit esse, ut experientia ipsa non semel comprobavit.

Ut tamen ad id, unde nonnihil digressa est oratio, revertatur, sane creaturis tamquam portatili quadam scala uti debemus, quam cum ad aliquod apprehendendum adhibuerimus, illico abiciimus. Hoc in illo Elisei mentis excessu figuratum cernimus, qui rogatus ut vaticinaretur: *Adiucite, inquit (4. Reg. 3), mihi psalterium.* Citharæ sonum flagitavit, ut sonus sanivitus ad Deum erigeret, sed mente ad Deum erecta de psalterio amplius non curavit: illa et creaturis calens uti debemus, quatenus tamquam media ad ultimum nostrum finem Deum optimum Maximum deservire possint; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA VIII.

Variis animi conceptibus, et ratiocinationibus moralibus finitur coepta superius interpretatio Evangelii, quod in festo Epiphaniae ab Ecclesia cantatur in illa verba: Intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre eius: Obtrulerunt ei munera, aurum, thus, et myrrham: Et reversi sunt per aliam viam.

Intrantes domum invenerunt puerum cum Maria, etc. Sunt haec Evangelistae verba tam sublimibus referta mysteriis, ut non solum in eo quod dicitur, sed in eo etiam quod tacet, mirabilia mihi, et suavissima videantur. Quis enim est, qui non miretur ab Evangelista narrari, hos sanctos reges valde fuisse gavisos, quando stellam, quae disparuerat, viderunt? *Gavisus sunt gaudio magno.* Nunc vero cum inveniant solem, et lunam, Christum nempe et Mariam, nihil dicit de gaudio, quod proculdubio maximum susceperant. Verumtamen id ab Evangelista factum est, non quod minori gaudio affecti reges fuerint, solem, et lunam inveniunt, quam cum stellam viderunt; sed quoniam verba defuerunt ad illud significandum et exaggerandum: talis enim est rerum magnarum conditio, ut plus de illis silentio, quam sermone deat. Unde plura de beatitudine dicit Apostolus inquit (2. Cor. 11): *Quae non licet homini loqui*, quam si de illa multa librorum volumina conficisset. Sannitem Egypti

regem tradunt historiographi captum apud Cambysem, quod cum quendam e regno suo mendicantem pati vidisset, in lacrymas prorupisset; eundem autem paulo post cum filium suum capite truncatum fuisse intutus, nihil fuisse lacrymarum; qui rogatus a Cambyse, quare cum delivisset alienum laborem subditi sui stipem colligentis, lacrymas in morte filii continuisse? Respondit, parva mala plorari posse, maxime sicari fontem lacrymarum: nimia enim affectus vehementia infert stuporem, et eripit loquelam: sicut Hieremie accidit, qui suam professus infantiam ad explicanda divina, dicebat (Hierem. 1): *A, a, a, Domine ne scio loqui.* Quamobrem ut Evangelista magnum fuisse regum gaudium Christum et Matrem eius videntium ostenderet, illud silentio praeteriit, quod verba defecerat, quibus illorum exultatio explicari satis valeat. Magna fuit laetitia mulieris illius, quae in Evangelio narratur perditam drachmam invenisse, quam ut inveniret, ut textus unus dicit: *Everit domum,* seu ut alii legunt, *everit domum:* utraque lectio eius in quaerendo innuit diligentiam: *everit latam domum,* id est sollicita et anxia nihil in suis aedibus reliquit intactum, omnia revolvit, ima summis, et summa imis commutans: cumque illam non invenisset, scopis domum verit, et singulos eius angulos lustravit, ac demum inter rudera repensans tanto gaudio correpta fuit, ut ad vicinas egressa dixerit: *Congratulamini mihi, quia invenit drachmam quam perdideram.* Amiserat Gentiles per hos reges representati drachmam, seu margaritam omnium pretiosissimam, ipsum videlicet verum Deum: veniat nunc ut illum inveniant, totamque Hierusalem pererrantes, cum non reperissent, pergunt ad stabulum Bethlehem, in cuius laetaminibus et rudibus Christum invenerunt Orientis margaritam, tantoque affecti sunt gaudio, ut mulierem de drachmae inventionem laetantem longissime superaverint: illa enim gaudio non obstupuit, reges laetitia exultantes et admiratione impediti obtulerunt, ob idque quantus horum regum fuerit iubilus, et quam profusa laetitia, non verbis ab Evangelista, sed silentio fuit expressum.

Intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre eius. Ingressi porticum Bethlehem, viderunt tenellam infantem in brachiis pulcherrimae Virginis iacentem: viderunt stellam Iacob, quae in crystallino Mariae sinu tamquam in caelo suo thronum locaverat: viderunt florem egressum de radice Iesse, pretiosam margaritam suo quasi insculptum conchylio, adamantem inestimabilem annulo affixum, fructum iam ab arbore avulsam, sed ab illa pendentem, triticum in Bethlehem, id est in domo panis, tamquam horreo inclusum, fortissimum unicornem in gremio Virginis, panem propositionis super mensam, alterum Sannitem in sinu pulcherrimae Daliae recumbentem, viderunt tandem sapientiam aeternam in domo propria, quae sanctissima Virgo est: *Sapientia aedificavit sibi domum.* Sed contempnemur, quid mysterii sit, quod pastores puerum invenerint in praesepio: *Invenerunt infantem positum in praesepio:* reges autem, quando ad

illum venerunt, in brachiis suae matris repererunt: *Invenerunt puerum cum Maria matre eius.* Iudico quidem voluisse Deum significare, quod se omni hominum generi et conditioni accommodat, sublimibus se, atque humilibus, magnis et parvis attemperans; ideoque pastoribus apparuit in praesepio tamquam in tugurio solio: regibus vero tanquam et ipse rex in throno positus Virgineo, maioris quidem pleno maestatis, quom olim thronus erat Salomonis: in throno, inquam, quo nunquam Christus post sinum Patris, in caelo, vel in terris habuit praefiosorem. Quam Dei consuetudinem imitata Virgo sacratissima non in pastorum, sed in regum adventu, qui erant hospites honoratiores, seipsam ornavit auro suo monili, Dei videlicet agno pendente a pectore Patris, ut sicut praecipua pulchritudo, et deus mulieris, quam vidit Iohannes in Apocalypsi, erat sol, ita quoque ornamentum suum esset Christus iustitiae Sol fulgentissimus.

Et intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre eius. Inter multa, quae contra Deum seculi patrabantur, nihil magis eius deterebat auctoritatem, et minuebat magnitudinem, quam quod ab omnibus, non ut verus Deus, haberetur et coleretur: nam etsi adorabatur ab Israel, augustus ille cultus erat, et exiguus terrarum angulus; gentesque illum Hebraeorum Deum confitentis, non melius aut alius quam de suis idolis sentiebant, immo detursum, quoniam iudicabant eum nimis acrem et rigidum, acceptumque iniuriarum ullorem; unde vocabatur (Ps. 93): *Deus ultionum.* Hoc damnum resarciri non ita bene poterat, Deo Filio intra Patris pectus abscondito, sicut carnem nostram indente, et se hominibus indicante, ut videntes homines tenero infanti cantari ab angelis hymnos, et subitici reges, inde colligerent esse Deum, videntesque panis involutum, placibilem, et amabilem, mutarent veterem de illo opinionem, et Deum esse cognoscerent non ultionem, sed misericordiarum, sicut scriptum est (2. Cor. 1): *Deus misericordiarum, et totius consolationis.* Ob idque se revelavit regibus et pastoribus, et ab eis voluit inveniri: *Invenerunt puerum cum Maria matre.*

Et intrantes domum invenerunt, etc. De tribus personarum generibus mentionem facit Evangelium hodiernum, quae Christum, etsi diverso fine ac intentione, quaesierunt. Primus omnium quaesivit Herodes, ut ei vitam eriperet: typos satis expressus eorum, qui mali consilii, dolis, ac fraudibus Christum persequuntur recens natum in cordibus eorum, qui ad ipsum recenter conversi sunt, deducentes eos vel ad malae contractationis domum, vel ad ludum, et lascivam deambulationem, aliaque periculosa commercia, et profana contubernia, quibus a conceptu perseverantiae proposito revocati, infeliciter abortiunt. De id genus hominibus dixit Deus (Amos 2): *Super tribus secleribus, et super quartum non convertat, eo quod dissecuerit praegnantem.* S. Gregorius inquit voluntatem esse animae ventrem: ipsa enim est, quae bona concepit desideria: impediens ergo ne illa felici edantur partu, sed curans potius ut abortiantur, hic profecto dis-

secat animas, bonis desideriis praegnantem. Quod adeo graviter Deus fert, ut de hoc scelerere dicat: *Super quartum non convertat:* id est difficulter veniam indulget. Sunt improbi hi consiliarii similes Pharaoni: nam sicut ille Hebraeorum occidit primogenitos, sic isti perversae suae doctrinae consilii animae primogenitos, id est prima et sancta eius desideria tollunt, et extinguunt: similes impio Herodi, nam sicut per illum diabolus voluit Christum adhuc infantulum de medio tollere; ita per istos animam interimere admittit eorum, qui adhuc in virtute sunt infantes, et lactantes, sicut dixit s. Leo Papa: *Et quondam tenerae aetatis infantiae scintillam tentat extinguere.* Similes draconum tartareo, expectanti mulieris partum, ut illum devoraret; cuius caput horrendum, et vastum, ac crudele os, si non sunt isti, sunt saltem collum illius, ut dixit Ioh. (c. 41): *In collo eius amorabitur fortitudo:* quoniam sicut collum est via, et quasi aquaeductus, per quem quidquid a capite procedit, in membra corporis infundit; ita isti sunt aquaeductus, per quos diabolus in animas hominum suas veneno infectas aquas immittit. Subdens autem, quod in collo demorabitur eius fortitudo, peculiare ad nostram intentionem habet mysterium: indicat enim saepe diabolum, quod per se conficere non potuit, per huiusmodi malos intercessores et fraudulentos consiliarios, et consiliorum eius gestores ad exitum perducere: nam in horum industria, solitudine, et interventu universa eius fortitudo postea est. Secundum genus hominum esset sacerdotum, scribarum, et doctorum legis, qui solum quaesiverunt Christum scrutando, et legendo sacras Scripturas, de illius adventu tractantes, et locum natalitatis eius indagantes. Sed substituerunt intra harum rerum meditationem, ad opus et proximum non pergentes, quoniam Christum non adoraverant, nec ut naturalem regem, et legitimum eorum Dominum receperant. Ex quo patet magnum et virulentum ulcus, et gravissimus morbus plurium hominum eruditione praesalutum, qui cum aliis lumen praebant, ipsi perpetuis involvantur tenebris, unde illos Augustinus (ser. 11. Epiphaniae) comparat columbis in trivio positus, quae viam ostendentes iter agentibus, ipsae manent immobiles. Conferret etiam eosdem cum illis, qui arcam Noe fabricaverunt, nam facientes navigium, intra quod alii vitam retinerunt, ipsi foris manentes aquis obruti perierunt. Apostolus Paulus huiusmodi homines esse dicit *velut cybalum timens:* nam quemadmodum lintinabulum extra ecclesiam semper manens ad eam convocat absentes: ita qui scientiae rerum non adiungunt vitam sanctitatem, docent, et convertunt alios, et interim ipsi vitiorum laqueis irretiti persistunt: subtiliter de iustificatione disserunt, et nunquam ipsi iustificatur: disputant de contritione subtiliter, et nunquam cor ipsorum pro peccatis, ut par erat, indoluit impleturque in illis quod dixit Malachias (c. 6): *Calcabis olivam, et non unguis oleo, et mustum, et non bibes vinum.* Ab his enim sacramenta cum tractentur, et aliis ministrantur, nullum inde fructum experiuntur. Sed in hoc

genere mali, ut mihi videtur, pessimum est, quod viri sapientes, si quando a virtute declinant, malitiam summe sectantur, et in ea maxime excellunt, ut experimento constat Luciferi in coelo, et Adami in terris, qui mentis perspicacitate, et excellentia omnes alias puras creaturas, una Deipara excepta, praecellerunt, atque ita pariter in malitia excedentes, et peccata commiserunt magis universalia, et omnium quae in mundo patrata sunt maxima, et perniciosissima: quandoquidem Lucifer peccans secum traxit tertiam angelicarum stellarum partem, et Adam similiter Deo non obediens peccati sui labe totum humanum genus foedavit. Huius veritatis figuram egregiam invenio in Genesi, ubi scribitur Moyses, filios Seth captos pulchritudine filiarum a Cain propagatarum, quae malis et corruptis moribus erant: nam etsi earum progenitores boni erant, ista malae fuerunt, ut ab illis sit orta portentosa progenies immanium gigantum: *Gigantes erant super terram in diebus illis. Idem quoque accidit in rebis spiritalibus: nam cum bona mens quasi nubit et conformatur depravatae voluntati, gignuntur portenta peccatorum, et immanium scelorum, dum mentis acumen eo totum intenditur ut modum inveniant, quo voluntatis desideria illicita, et effrenis cupiditatibus expleantur.*

Et procedentes adoraverunt eum. Narrat sacra pagina Rebecam, ut nuberet patriarchae Isaac, venisse ad illum camelo insidentem, quo videns Isaac in agro peditem, protinus a camelo descendit, et ad eius pedes prostravit. Ita gentilitas per hos reges, ut dixi, figurata, veniens in dromedariis, contractura cum Christo nuptias, ubi primum ad porticum Bethlehemi appropinquavit, Christi pedibus adoluta fuit: *Et procedentes adoraverunt eum.* Tancum impletum fuit quod praedixerat Isaias: nam ubi vulgata editio legit: *Dabit in conspectu eius reges, et gentes obtinebit*, septuaginta Interpretes vertunt: *Veniet eam ad pedes suos: id est, gentium multitudinem*, et Origenes addit, *per incarnationem*: hoc est, quando nostra indutus carne Christus, se faceret hominibus manifestum. Quod autem hoc in loco Propheta non de Abraham, vel Cyro, ut nonnulli visum est, sed de Christo loquitur, aperte constat: quoniam ubi vulgata legit: *Qui suscitavit iustum ab Oriente*, Hebraeam exemplar habet: *Qui suscitavit ab Oriente iustitiam*: quod nomen soli Christo convenit: tum quia ipse est iustitia et sanctitas per essentiam: tum quia Scriptura sacra viros sanctos vocare solet iustos, non iustitiam; haec enim appellatio propria Christi est (1. Cor. 1): *Qui factus est nobis iustitia, et sanctificatio*, sicut dixit Apostolus.

Et procedentes adoraverunt eum. Tria mihi se in hac adoratione offerunt. Primo video mysticum fidelitatis inramentum: tum quia Scriptura exhiberi: nam quemadmodum principi Christo usitatum est, novo electo, vel succedenti principi ab omnibus regni primalibus in ipso regnandi principio obedientiam insinrandum praestari; ita in orbem terrarum principe aeternitatem adveniente, vult Pater aeternus in eius verba, et obsequium terram, caelumque iura-

re, ideoque caelitus missi sunt angeli tamquam curiae caelestis procuratores, et a populo Hebraeo pastores, et a gentibus hi sancti reges legati properant: immo et ipse Pater aeternus medio iuramento, sceptrum, et coronam regiam, summique Sacerdotis tiaram Filio suo imponit. Secundo post hoc universale obedientiae iuramentum Christo tamquam omnium Principi praestitum, videtur mihi videre Patrem aeternum ordinantem Filii sui domum, redditus ei assignantem, et famulos, impletum factam promissionem (Ps. 2): *Dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae.* Scio charissime Fili, te valde cupere, ut hominum animas dem tibi haereditarem: id quando ita placet, faciam libenter, pro cuius promissionis signo, ac pignore proleiscantur ab Oriente reges, Bethleem usque veniant, ut Dominum ac regem suum adorarent. Tertio considero in hoc solemnitate verba ista, quae postea Christus dixit (Luc. 17): *Impleta: Ubi fuerit corpus, ibi congregabuntur et aquilae:* hoc est, cum Deus corpus assumperit humanum et mortale, statim accurret aquilae angelicae, spiritus nempe caelestes, qui secuta sua mensit acie ab ipso caeli vertice reens natum infantem in praesepio positum prospicientes, accurrent: quos et imitati sunt hi sacri reges, qui tamquam aquilae regiae, firmo ac penetrante fidei lumine Deum agnoscentes, et in ipsum velut in verum Iustitiae solem oculos figentes, minime conivendo, sed oculos firmos, perspicacius viderunt et cognoverunt in ipsa eius paupertate divitias, in infantia sapientiam, in humilitate altitudinem, in puerili imbecillitate divinam fortitudinem, in animalium praesepio Dei thronum sublimem; ac denique inter viles et panes, quibus divinus ille infantulus tegebatur, detexerunt divinum illud halitum triplici auro filo textum, videlicet Christi personam, in unitate suppositi unius triplici substantia corporis, animae, ac divinitatis constantem. Oculi ergo ita perspicaces, ac penetrantes, quales horum regum fuerunt, aquilaram praedubio erant, atque ideo, ut tales ad mortale Christi corpus, ut illo paesententur, convolarunt: nam *ubi corpus fuerit, ibi congregabuntur et aquilae.* Video tandem nunc, quod in mystico Salomonis templo praefiguratum fuerat, impletum: nam sicut illud ex lapidibus Iudaeae, ac lignis Gentium aedificatum erat, sic magnum hoc Ecclesiae templum a sapientissimo Salomone Christo, ex Iudaeis et Gentibus constructum est, in cuius rei testimonium pastores e Iudaea, et reges e gentium regionibus illum adorare convenerunt.

Obtulerunt ei munera, aurum, thus, et myrrham. Cum dixisset Evangelista, de his regibus loquens: *Invenerat puerum*, subdidit statim ab eis fuisse dona oblata ob rei inventae laetitiam. Usitatum est, ut invenientibus rem perditam donum aliquid praebatur propter eius inventionem; sed hic contra fil, nam reges qui inveniunt, ipsi pro re inventa dona largiuntur: *Obtulerunt ei munera, aurum, etc.* Respondemus id ita factum, quoniam quod invenierunt, retinere sibi voluerunt. Nam apud plures nationes iura disponunt, ut bona mobilia, vel

stabilia ab aliquo deserta, vel perditam, in dominum veniant occupantis, ac prius illa sibi vindicantis; quod magis habet locum, quando post factam bonorum amissionem promulgationem, nullas illorum dominus accurrat. Intraverunt hi sacri reges per totam Iudaeam promulgantes infantulum, et dicentes: *Ubi est qui natus est Rex Iudaeorum?* Ad quem populus ille, qui eum iure poterat vocare suum, nam intra eius agrum, et iurisdictionem natus erat fructus ille, et ei praesertim promissus fuerat, non venisset, immo ad propria venientiam non recepisset, ut scribit Ioannes (c. 1): *Et sui enim non receperunt*; ideo ipse ad porticum diverit communem, significans sui legitimum haereditem et possessorem fore quicumque se communi hominum usui expositum invenisset. Quoniam ergo ab his sanctis Regibus prius inventus Christus fuit, ut ab ipsis tamquam suis relictus, praefum inventionis iure optimo solvantur: *Obtulerunt munera, aurum, thus, et myrrham.* Scimus etiam, quando quis reperit in publica via margaritum, non ideo invenientis esse, sed quodcumque dominus eius comparuerit, restitui debere; at si ad litus maris, et prope conchyle, intra quod generatum fuit, reperitur, proculdubio inventoris est: nam locus in quo erat, fidem facit nullum haecenus eius proprium esse dominum: Ita untonem, seu margaritum Orientis invenientes hi reges prope Mariam, quasi eius mare et conchyle, in quo coalescerat, iure sibi retinent: ob idque pro inventionem tantis thesauri munera persolvunt.

Obtulerunt ei aurum, thus, et myrrham, tamquam caeli, terraeque universali Domino. Tria munera magnae aestimationis hi reges offerunt, aurum, thus, myrrham: quibus adiungunt alia tria pretiosiora, primum scilicet aurum charitatis, cuius vi omnes itineris difficultates superarunt; myrrham mortificationis et laboris, quem passi sunt, donec ad porticum Bethlehemi accesserunt; odoriferum thus orationis, quando procedentes tenerum infantem in brachiis Mariae matris adoraverunt. Qua de re id solum dicam, auri, myrrhae, et thuris oblatione significari opera nostra, ut grata sint Deo, et vitam aeternam mereantur, oportere ornari auro charitatis: nam etsi ducenti, et quinquaginta viri thus obtulerunt in tabernaculo, quod opus ex se bonum erat, quia thuri non adinverunt aurum charitatis, adeo indignatus contra eos fuit Deus, ut ignem caelitus miserit, quo miseri conflagrarent. Ad hoc docendum iubebat Deus, quaecumque sibi offerenda essent, igni admovevi, et torreri ipsas quoque spicas, et a sacerdotibus offerentibus panes, aves, et animalia, ad iungi volebat libamenta, quae erant quasi condimentum et illecebra, ut illis magis Deus delectaretur. Huius caeremoniae non nihil videtur officisse Romani, apud quos lege cautum erat, ut quoties diis sacrificaretur, id cum ornato fieret; unde ab ipsis animalia parva immolanda coronabantur ramis arborum, quae Deo, qui fiebat sacrificium, sacra erant: ut si Apollini sacrificandum foret, lauro; si Minervae, olivae; Veneri, myrto decorabantur: et quando animalia erant grandiora, ducebantur

tur ad sacrificium fronte et cornibus auratis, ut meminist Virgilius:

Et statim aate aras aurata fronte invenum.

Igitur sicut hi Gentiles grata suis Diis sacrificia faciebant pro aurum, sine quo ipsis non fore grata persusum habebant; sic etiam credendum nobis est, ut nostrorum operum sacrificia Deo placere queant, opus omnino esse ornari auro charitatis, quemadmodum hi sacri reges fecerunt, qui simul cum myrrha, et thure, aurum obtulerunt: *Obtulerunt aurum, thus, et myrrham.* Animadvertendum etiam est, hos sanctos reges intrasse in Ecclesiam, bona sua ei offerentes: quos minime imitantur, immo contra faciunt multi, qui ad illam veniunt, et ecclesiasticam vitam proferunt, ut bona Ecclesiae, et eius annuos redditus adipiscantur: his mortuis, similes certe Sibiritis, qui libenter admiserunt Hebraeorum circumcisionem, ut illorum bona, et census obtinere possent (Gen. 34): *Si circumcidamus masculos nostros, ritum gentis imitantes, substantiam eorum, et pecora, et cuncta quae possident, nostra erunt.* Id genus Ecclesiasticum non ingreditur in Ecclesiam per ostium, sed per caminum; et ita videlicet in hoc fumare ignem concupiscentiae, in altero ambitiosum, in illo avaritiam, in alio iracundiam: unde graviter dolendum est, sacros totum Deo, quos vitam agere sanctam oportebat, nonnullos quandoque eorum supra ceteros saeculi homines moribus esse magis profanos et licentiosos. Ego existimo peccatori daemonis astituta fieri ad suam regnum augendum, ut Ecclesiastici quidam male vivant: quoniam quemadmodum olim multorum animas ad inferorum barathrum detruxit, persuadens mortalius Deorum malae vitae adorationem, et saevi Martis, Iovis adulteri, lascivae atque inhonestae Veneris, ut illorum exemplo ceteri promptius sectarentur, quae a diis approbata cernebant; ita nostris temporibus simili utitur dolo ad multorum conscientias depravandas; efficiens, ut non pauci sacerdotum, qui Dei terrae sunt: *Ego dixi, Dii estis*, libere ac licentiosae vivant. Sic enim sperat, saeculares vitia in ecclesiasticis quasi honestata et commendata cernentes, illa facilius et licentius imitatos. Quod si volumus huius damni causam investigare, inveniemus inde esse, quod non sicut hi reges ingrediuntur ecclesiam religiose, et lucri non appetentes, sed potius propter ecclesiasticos redditus, et honores obtinendos; unde illes accumulantes ligna igni addunt, quo ipsorum aviditas, et vitiosi affectus magis accendantur.

Et reversi sunt pro aliam viam, etc. Ab angelo moniti reges per aliam viam, in regionem suam remigrarunt, atque ita impium Herodem eluserunt. Duo hic invenio notabilia: primum a Deo esse, ut humana contra Deum consilia, et studia exitum non sortiantur. Dixit Herodes (ibi): *Ite, et interrogate diligenter de puro, etc. renunciate mihi.* Sed ne ita fiat, ait Deus; veniat angelus disturbaturus consilium Herodis, moneat reges, ut alio digredientes ad Herodem non redeant, ne quod opta-

bat exqueretur. Putabant fratres Ioseph, si eum Ismaelitis venderent, perditum iri Ioseph; sed invertit Deus consilium eorum: nam quia venditus Ioseph fuit, ad Aegypti ascendit imperium, prorege constitutus in fratres suos dominatus est: itaque qua via illi arbitrabantur ab eius dominio liberari, per eam se multo magis ei subiecerunt. Excogitat Aman modum, quo Mardocheus patibulo affixus pereat, ut totam regis gratiam sibi arrogaret; sed mutat sortes Deus: nam Aman suspenditur, et regis gratiam occupat Mardocheus. Procurat Saul in polestatem suam redigere Davidem, et divinum impedire consilium, ne regnum adipiscatur: quod ut efficiat, mittit Davidem captivum milites, quem inter Prophetas inventum minime capiunt, sed ipsi potius capti et subiecti apud ipsum manent. Submitit alios rex, qui prophetarum choram ingressi ceteros imitati, ad Saul non redierunt. Id ubi novit Saul, ut caperet Davidem, ipsemet festinavit, qui pariter ad leccum, in quo erat cum Prophetis David, accedens, apud eos prophetas mansit; unde ortum proverbium (1. Reg. 10. et 19): *Num Saul inter prophetas?* Quod eiusmodi fuit, ac si hostes monasterium religiosorum ingrederentur animo depradandi, et argenteam ecclesiae suppellectilem auferendi, illos tamen in choro Psalmis decantantes intentos reperiendo, ad librum recto tramite pergerent, et cum ipsis canere inciperent. Saul denique nil reliquit intentatum, ut Davidem impediret in obediendo regno; sed contra factum a Deo, qui Saulem regno privavit, et adversarium suum ad idem sceptrum provexit, sicut Samuel ei propheta verat, quando Saul volens ipsum retinere, pallium eius rapit: tunc enim dixit Samuel (1. Reg. 15. et 28): *Scidit Dominus regnum Israel a te, et tradidit illud proximo tuo meliori te.* Itaque omnes conatus, et studia Saulis divina providentia in alium finem deduxit, mittens omnibus eius desideris contrarios rerum successus. Injare potest ad hoc declarandum Poetarum fabula, dicentium infelices illos amantes Pyramum et Thisben sub arbore moro fuisse vita functos, et mori fructum, ut ipsi fabulantur, candidum existentem fuisse nigrum factum, ut inde significaretur, illorum consilium longe alium obtinuisse finem quam prosequerant. Regius propheta in Psalmo 77. metaphorice, et ingeniose id quoque significavit, inquit (Psal. 77): *Percussit in grandine feal-neas eorum, et moros eorum in pruina.* Non potest esse absque mysterio, dici a Davide, opus esse divinae providentiae, morum pruina, et gela laedi, cum id commune sit cunctis arboribus. Quare ad huius loci intelligentiam est notandum ex Pierrii Valeriani hieroglyphicis, inter veteres, sicut columba instilium, illex fertilitudinem, salix temperantiam significabat, ita morum significasse prudentiam, quoniam folia et fructum non producit, donec hiberni temporis asperitas mitescere, et saevus flatus aquilonum, ac lapsus pruinarum cessare coepit, qua ceterarum arborum flores, ac frondes uruntur: hanc tarditatem morus postea opportuno tempore germinans brevitate compensat: nam germinare ac florere cum coepit,

in tantum universa germinatio erumpit, ut una nocte videatur perfectisse opus suum, quasi non ignata Sallustii consilii, admonentis: *Præius quam incipias consulto, et ubi consuleris, nature facto opus est.* Ait igitur David, considerate quod quemadmodum morum non iuvat prudentia sua, ne a gela hiemis laedatur interdum: sic nulla est hominum sapientia, quae divinae praevaleat (Prover. 21): *Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum.* Utatur vulpinis suis moribus Herodes, congregans sapientes: *Congregans principes sacerdotum, et scribas populi: clam accersat Magos, dicatque se cupere videre Christum, ut adoret.* *Ut et ego veniens adorem eum;* non tamen his omnibus technis, et fraudibus perficitur quod optat, sed eius eludens voluntatem Deus, propriam explebit. Hoc ipsum Zacharias per aliam metaphoram non minus acutam expressit, inquit: *Ponam Hierusalem lapidem oneris cunctis populis, omnes qui levabunt eam, concisione lacerabuntur.* Super cuius loci expositionem notat Hieronymus, exerebantur, tollendo lapidem ponderosum, sicut et apud nos nonnulli robora sua experiuntur ferrei vectis iactu longiori. Ait igitur Deus: *Ego ponam Filium meum in Hierusalem tanquam magni ponderis lapidem (1. Cor. 10).* *Petra autem erat Christus:* et in illo vires suas experiuntur Herodes, Pilatus, et alii tyranni similes; sed ipsi pondere illius conteruntur, et gravitate franguntur: non enim contra Deum valet sapientium prudentia, non humana fortitudo, nec brachium ullum ita potens est, quod valeat inflectere divinum (Esther 13): *Non est qui tuae possit resistere voluntati.* Postremo, quod invenio notandum super haec verba: *Et reversi sunt per altam viam, est, quod nunquam ex melioribus signis, quibus anima Deum invenisse cognoscitur, est desertio viarum antiquarum, sicut illarum repetitio, et inaelectio ad pristinos depravatae vitae mores redeundo, manifestum est inditium perditionis: quod testatur Hieronimus, nomine Dei animam his verbis alloquens: *Quam vilis facta es, nimis iterans vias tuas.* Pro qua iteratione, et frequentatione culparum eidem animae sic ad vomitum redeunt dicit Deus: *Nihil habebis prosperum in ea:* immo sicut in bello contra Deum indixisti, ita et ipse te bello persequetur, classicum adversus te canet, et ut scriptum est: *Armabit creaturas ad ultionem inimicorum:* nam sicut belli duce gladium et vagina educente, milites quoque suos distinguunt; ita vindictae ac punitionis hastam vibrantem Creatorem imitantur creaturae, arma sumentes, et dirigentes in peccatores, usque ad iustiam illorum interfectionem, sicut ait David (Psal. 70), in seipso id expertus: *Dixerunt inimici mei, Deus dereliquit eum, persequimini, et comprehendite.* Quamobrem amens omnino est, qui praesidio Dei destitutus, prosperum rerum suarum, aut consiliorum sperat eventum: nam, ut ex Hieremia nuper dicebam, *Sine Deo nihil habebis prosperum;* cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

HOMILIA IX.

In qua diserte ostenditur, in die Epiphaniae divinum Verbum se nobis manifestasse: quamvis alioquin sub humanae carnis velo videretur abscondi, et occultari; itaque aperitur, quomodo se occultans Verbum divinum, se manifestavit.

Cum compertum sit, Epiphaniae voce manifestationem designari, propositum sermonis nostri argumentum festivitatis, quam Ecclesia catholica celebrat, valde consentaneum est, de quo loquens Apostolus (1. Tim. 3) ait: *Manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne.* Sacramentum sacrum secretum denotat. Ait igitur Paulus, occultissimum aliquid in incarnato Verbo delitescens, in Christi carne apparere, et manifestari. Unde Pagninus (super ca. Thren. 3) transfert: *Deus manifestus est in carne.* Miram profecto: etenim antea absconditus latitabat, ita ut eum Isaias absconditum dixerit: *Et quasi absconditus vultus eius:* et alibi: *Vere tu es Deus absconditus.* Sanctus etiam Lucas in Actis testatur, Athenienses inter cetera falsorum Deorum simulacra, quae in templo extulerant, erexisse aram, cui titulum subscriperat: *Ignolo Deo.* Quae aram, sacri eloqui interpretes, car Athenienses divini cultus haud ignari, ignotum Deum venerantur. Respondent non pauci, e redditis illos viros tenebris conspectis, quae factae sunt super universam terram Christo moriente. quae nunc sacri Evangelistae, sed divus Dionysius Areopagita (epist. 7. et epist. 11) se vidisse testatur: quippe qui philosophiae, et astrologiae peritissimi, cognoscentes eclipsim iuxta consuetas naturae leges accidere minime posse, in supremi alienius Dei orbem gubernantis confusam cognitionem devenere, cui aram dicarunt, subscriptis litteris: *Ignolo Deo.* Existimant alii, Gentilium Deos non tam nominibus, quam suis sceleribus nota magis erant, eorum enim crimina nota magis erant, quam nomina: nec enim alijs agnoscebantur notis, quam his; adulteris Iuppiter; ebriate Bacchus; rixis Mars; lasciviis Venus, atque per haec omnibus innotescerant, et haec erant clara eorum gesta: at quia Christus ab omni culpa immunis existeret (1. Pet. 2): *Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore eius,* ab Atheniensibus ignorabatur: et ideo aram Ignolo Deo dicarunt. Verum divi Chrysostomi (hom. sup. c. 17. Act.) expositio, dignus felicitis ingenii eius partus, plenius satisfacit: ait enim, Athenienses adeo idololatriae deditos fuisse, ut crederent nullum Deorum absque sacri cultus officio deferendum, quam superstitionem a Socrate hausisse crederim, qui, ut sanctus Augustinus testatur, docebat Deos omnes colendos, ut omnes in nos benefici existerent; neque enim decebat Deum aliquem nobis adversari: unde si quis forte esset, quem

ignorarent, verbis illis Ignolo Deo, colebant, et colendum profitabantur. Quidquid tamen de hoc sit, id certe scimus illis Paulum dixisse, ignotum illum, quem Athenienses celebrabant Deum, esse Christum Dominum, quem ipse praedicabat (1. Cor. 2): *Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuncio vobis.* Idemque etiam talis est alibi: *Loquimur Dei sapientiam in mysterio, quae abscondita est:* adeo equidem, ut dixerit Propheta (Isai. 53): *Quasi absconditus vultus eius, unde nec reputavimus eum.* David etiam hunc titulum Psalmo nono apposuit: *Pro occultis filii;* quasi diceret: *De occultis Dei Filii sermonem teximus.* Quod committere Doctores de Verbi incarnatione exponunt, ut notavit Titelmanus (in Psal. 9). Habacuc nonne idem testatur, cum ait: *ibi abscondita est fortitudo eius?* hoc est, sub humana imbecillitate velo divina virtus delitescit. Deus etiam nonne hoc idem ostendit, cum divinum Verbum manna appellat absconditum, quod sub humanae carnis cortice adservatur, ut explicat Primasius? ac tandem Christus idem sese thesaurum abscondito comparavit, ut testatur Hieronymus (in Matt. c. 11), et grano sub terra abscondito, ut frequenter Patres interpretantur. Exponamus igitur, qua ratione Christum in carne absconditum manifeste apparuisse dicit Apostolus (1. Thess. 3): *Quod manifestatum est in carne.* Divinum proculdubio arcanum, quomodo delitescendo manifestatus est, aut qua ratione sese abscondendo detegit, et conspicuus fit. Carnem certe assumens humanam, pro homine, quem redimere deceverat, moriturus, omnipotentiam, bonitatem, quamque ostendit sapientiam: instilium, et misericordiam notam fecit, quibus suam deitatem mundo propalavit. Itaque sicut eum in meridie ardentis sol radiis offundit, oculorum alic in eum intueri non valeamus, nisi nube aliqua contegatur: sic eum divinum Verbum maximo claritatis excessu fulgeret, hebetes nostri oculi necesse erat ut retunderentur, tantam lucem non sustinere; humanae tamen carnis nube postmodum contectus, omnium oculis contuendus apparuit. Ideoque cum dixisset Ioannes Verbum humana carne contectum: *Et Verbum caro factum est,* subdit statim: *Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a Patre.* In quibus verbis notatu dignissimum illud est, quod quamvis Evangelista nullas Christi perfectiones enarraverat: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, etc.* nunquam tamen dixerat, nobis manifestatum, et delectum, donec carnis nube contegeretur: qua indutus, manifeste nobis innotuit: *Et vidimus gloriam eius.* Huc facit sancti Thomae expositio, qui explicans Apostoli verba: *Habitus inventus ut homo, vim faciens in metaphora habitus,* quo Deus indutus fuit, ait, quod sicut veste percipere homines dignoscuntur, purpura Cardinales, rochetto Episcopi, toga regii Consiliarii, diversique Religiosorum Ordines diversis habitibus innotescunt; ita etiam divini Verbi persona humanae naturae habitus, quo induebatur, mundo innotuit: etenim continuis laboribus, frigoribus, nuditati, fami, siti, variis opprobriis, mortisque ipsi subiacere pro inimicis suis, infini-

quae antea pedibus terebantur, supra capita nostra eminent. Divino nostro soli virtus haec nequaquam deficit: etenim sanctos istos reges aliquo infideles, et obscenos infectae gentilitatis terrestres vapores, ita a peccatorum onere allevavit, et fidei laeae illustravit, ut velut nubes, videantur splendidi, ac leves, a sancti Spiritus flamine in sublime delati, meritoque cum Isia dicere liceat (c. 50): *Qui sunt isti, qui ut nubes volant?* Quaeenam haec sunt animatae nubes, quae munerum, et donorum imbrem super perlicem Bethlehemicum effundunt? Sol iuxta subiectam sibi materiam, et iuxta planetae, cui adtingitur, temperem, diversos prodeci effectus. De divino sole idem pronuntiavit Psalmista (Psal. 117): *Cum sancto sanctus eris, et cum viro innocente innocens eris;* quod probavit eventus: etenim Hebraei in sua duritie constantissimi perstiterunt; Gentiles ad veri Dei cognitionem nato Domino pervenerunt. Sole absente nox advenit, praesente discedit. Domino absente, longa illa Christi adventum praecedentia tempora, nocturnis suffusa tenebris existerent, eodem adveniente evanescentibus tenebris clarissimas dies effulsit: quod explicavit Apostolus (Rom. 13): *Nox praecessit, dies autem appropinquavit.* Sol primo mane purpureo colore suffunditur, postmodum nitidior, in meridie fulgentissimus, vespere pallidus: quod fabulandi ansam Poetis tribuit, fingentibus quatuor equis solis quadrigam vehi: quorum primus purpureus esset, secundus candidus, accensus tertius apparet, novissimus totus nitidior. Christus in primo suae infantiae ortu guttis sanguinis in circumfusione aspersione, purpureus apparuit: postmodum clarus enlitit pueritiae annis, cum in templo legis dimittit mira ingenii sui claritate exposuit, in inventatis meridie adeo effulsit in Thabor monte, ut de eo Evangelista dixerit (Mat. 17): *Resplendit facies eius sicut sol:* tandem vespere in mortis occasu pallido suffusus colore visus est: hoc enim colore mors captivos suos ornat, ut cecinit Poeta Horatius (l. 1. Od.): *Pallida mors aequo pulsat pede.* Sol per aliquod temporis intervallum obscuratur eclipsi: Christus in cruce moriens, veluti eclipsatus apparuit. Adeo soli similissimus Christus exilit, ut depicta etiam ab antiquis solis effigies, ipsi per omnia congruere videatur. Veteres, ut eodem describerent, ut refert Bartholomaeus angelicus, formosum puerum accensis alis praedictum depingebant, quem Phoebum, id est pulchrum, dicebant. Quis formosior infante Iesu? quae magis ignitae alae, quam illae, quibus divinis his regibus salutem attulit? ut dixit Machabias (c. 4): *Et sanitas in pennis eius.* Iure igitur optimo sol Christus nuncupatur.

Porro fluvii epithetum Christo apte convenire, iam ostendimus. Fluvium a fluendo latini deduxere, eo quod continue nulla interposita mora effluit. Christi influxus nonne continue ad creaturas universas derivatur? Certe ipsemet de se id testatur (Joan. 5): *Pater meus operatur usque modo, et ego operor.* Flumina a mari procedunt eodem regrediuntur (Ecl. 8): *Ad mare, unde exiunt flumina, revertuntur.* Sic Christus e Patre, humanam carnem assu-

mens, prodit: ascendens eundem repetit (Joan. 16): *Exiit a Patre, et venit in mundum: iterum relinquo mundum, et vado ad Patrem.* Fluminis undae, cum miles sunt, si quis sese in illis inspicat, ad instar nitidissimi speculi influentium vultus referunt. Quisnam quae est divini Patris speculum, nisi Christus Dominus, quem *Speculum sine macula* Sapiens appellavit? speculum sane adeo splendidum et expositum, ut Pater se in illo intuens, ita perfecte propriam in eo impresserit speciem, ut Apostolus vivam patris effigiem illum appellavit (Hebr. 1): *Figura substantiae eius.* Fluminum aquae maritimae, quae a mari progrediuntur, quamvis salsae, et insipidae sint, terrae tamen viscera pervadendo dulces, et gratiae redduntur. Divinum Verbum ante assumptam carnem Deus ultionum dicebatur, ut per Virginalis deinde terrae viscera transiens (2. Cor. 1): *Deus misericordiarum, et Deus totius consolationis* dicitur, et antiquae irae amaritudine derelicta, post suam in carae manifestationem, in suam clementiae dulcedinem illam convertit. Inter celeros celebres fontes Castalium fontem in Phocidae ad radices montis Parnassi, non procul a Delphis existentem veteres dicebant. Hic montem, a quo dimanebat, adeo foecundabat, ut aquarum eius virtute myrtili, rosae, violae, ligustra, et innumeri suaves flosculi erumperent, quibus Phoebi sorores, sacri chori Nymphae, redimabantur. Christus Dominus coelestis fluvius, e Castalio castae Mariae Virginis fonte dimanans, quam Sponsus fontem dixit (Cant. 4): *Fons signatus,* adeo in foecundam terram suae doctrinae rivulis, et cruoris imbre foecundavit, ut inde innumeri flosculi eriperent: hinc purpureae martyrum rosae, hinc candida virginum lilia, hinc odoriferae confessorum violae, hinc odoratissimi doctorum flores prodierunt, quibus non Apollinei chori nymphae, sed sancta militans Christi Ecclesia coronatur, et empyreum exornatur coelum. Fluvius, cum ex alveo exundans prodit, non terram tantum, quam rapido cursu pertransit, foecundat, sed arbore etiam quandoque divellit, et aedificia dissolvit. Christus Dominus, e Virginis alveo erumpens, foecundata Ecclesiae terra, iuxta Davidicum vaticinium (Psal. 46): *Visitasti terram, et inebriasti eam,* silvestres illas sanctorum regum arbore in gentilitatis solo plantatas eradicaavit, atque idolorum templa everit: completumque est, quod dixerat Isaias (c. 59): *Cum venerit, quasi fluvius violentus, quem spiritus Domini cogit;* ac si dicat: cum e Virginis alveo coelestis ille fluvius rapidissime eruperit, mirabiles fractas sua foecunditate producat, a divino Spiritu vehementer excitabitur: *Quem Spiritus Domini cogit.*

Tandem tertium cognomen, quo Leo nuncupatur, aptissimum Christo est. Leo rex dicitur animantium: Christus angelorum, et humanum. Leo maxima fortitudine praeditus est; Christus ob robur Patris brachium nuncupatur (Isai. 53): *Brachium Domini cui revelatum est?* Leo cum humilibus, nativae oblitus ferocitatis mansuescit: Christus humiles senesque suscipit, ut in sanctis his regibus ad suos pedes provolutis ostendit, quos ex infidelibus i-

manium deorum cultoribus, immobiles Christianae religionis columnas effecit. Prisci olim Egyptii leonis simulacrum, ut verum Deum venerantur, ad ipsum confluentes, ut futuros praediceret bellorum exitus; responsa autem taliter exhibebat, ut si ad illud confugientes leoniam ferociam praeseferens invenirent, pro comerto haberent, sanguinolentum praedium ipsis devictis immingere: quod si mansuetum vultum inspicerent, felicissimum belli exitum devictis hostibus expectandum censerent. Nos verae fidei cultores non Egyptium, sed de tribu Iuda colimus Leonem, mansueti Agni vultum praeseferentem, ut dixit Ioannes: *Eccae Agnus Dei;* unde merito hostium victoriam nobis polliceri possumus. Refert Aristoteles (de mirabilibus naturae), in quadam provincia ovem quamdam leonem peperisse, sed agni mansuetudine praeditum. Ita mansueta Maria ovem Leonem peperit, sed agni mansuetiore, adeo ut a stulta gentilitatis incredulitate irritatus, ne dum in eam non saevierit, sed coelestibus praecoribus pacem nunciaverit: *Et in terra pax hominibus bonae voluntatis,* quam Magi reges lotius gentilitatis nomine acceptarunt, Christo Domino pro tanto beneficio gratias exhibentes; cui soli honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XI.

De contractis sponsalitiis Christi Domini cum Ecclesia catholica, per sacros reges adumbrata, in cuius figura praecesserunt sponsalitia Samsonis cum Dalila, in illa verba: Hodie coelestis Sponsio iuncta est Ecclesia.

Aptissimum est hodiernae festivitati propositum argumentum. Christi enim connubium cum sua Sponsa initum celebrat Ecclesia: *Hodie coelestis Sponsio iuncta est Ecclesia,* quam e mediis leonibus, et effertis gentilitatis belluis evocavit, iuxta illud (Cant. 4): *Veni Sponsa mea de cubilibus leonum, de montibus pardorum,* eamque ut coronet, vocat: *Veni, coronaberis:* coronavit certe, se ipsum illi in Sponsum donans, quia vir corona est axoris. Vaticanus id fuerat Oseas (c. 2): *Sponsabo te mihi in iustitia, et iudicio, et in misericordia, et sponsabo te mihi in fide, et scies, quia ego Dominus.* Inibo, ait Dominus, tecum coeleste connubium, nec libellum repudiij formidabis. *Sponsabo te mihi in iustitia,* quia iustificabo te: *in iudicio,* quia in favorem tuum sententiam proferam, et adversarium tuum condemnabo: *in misericordia,* quia nullis tuis suffragantibus meritis, gratiam conferam: *in fide, et charitate,* quibus intellectus illuminetur, et voluntas accendatur: *et scies, quia ego Dominus,* non speculative solum, sed practice. Verum non possum non mirari infandè recens male, quomodo tam cito sponsam accipere velis. Tam mature ne sagittis suis te per-

cussit amor? diutum quindecim aetatem non attigisti, et amore caperis? non amplius quam hebdomadam quam dimidia complexisti, et tenerimus infans es, qui matris inter brachia sustinearis, et lae ad eius ubere sugas, matrimonij tamen onera suscipere audes? vix e halamo matris egressus es, et sponsalitia animam tuam sollicitat? Hoc sae divini amoris stupendum argumentum est, cum vix Christus Dominus inter homines versatus fuerit, et iam de sponsalitiis cum Ecclesia sua pertractat, in lecto crucis postea matrimonium consummaturus, cum dicit: *Consummatum est.* Connubium hoc in Scriptura praefiguratum reperio. Legimus enim in libro Iudicum, Samsonem Spiritu sancto plenum cum in Dan loco inter medias civitates Saraa, et Esthaol deceret, in Thamnata urbem descendisse, ibique Philistaeae cuiusdam mulieris amore captum illius connubium a suis parentibus petisse, eoque a proposito juvenis animam revocare cotatos, indecens enim existimabat idololatrae uxori coniungi, cum sibi paris nobilitatis mulieres non defuissent. Verum quia amoris igne aestuabat, constanter decrevit illam sibi in uxorem accepturum, dixitque patri (ibid.): *Hanc mihi accipe, quia placuit oculis meis:* quod deinde figura annuente, opere complevit. Sed haec figura quid figuratum sit, intueamur. Samson Dan incolens coelestem infantem praefigurat in sinu Patris recumbentem, qui certe ita eminentis est, ut coelum ipsum transcendat, iuxta illud Iob: *Excelsior caelo est.* Verum autem Dan inter duas civitates esse edito illo loco in Thamnata descenderet, quae interpretatur *imago, vel figura,* Christum significat, qui ut consubstantialis Patri erat, humana carens figura, eam incarnatus assumpsit, ut dixit Apostolus (Phil. 2): *Habitu inventus ut homo.* Hinc mirum in modum elucet, quantum distet Verbi celsitudo, a qua descendit, ab inferiori loco, ad quem venit: quae nunquam melius poterit innotescere, quam visus omnes ad eum cosmographiae regulae adhibeantur, quam quatuor illis gradibus, quos Evangelista prosequitur. Primum est, quod cum immortalis esset, mortalis efficeretur in visceribus Virginis (Matth. 2): *Cum natus esset Iesus.* Secundus est, qui cum imensitatem paterni pectoris, a quo universa creata procedunt, incoleret, in angustum Bethlehemi stabulum descendit: *In Bethlehem Iudae.* Tertius est, quod qui aeternus erat, tempore mensuretur: *In diebus.* Quartus tandem, ut qui omnibus dominatur, tyranno subdereatur: *In diebus Herodis regis.* His gradibus excelsam celsitudinem, et infamam Christi humilitatem potioribus dimittit; qui gradus longe praeslantiores scalam consistunt ea, quam vidit Iacob; tanto sae admirabiliorum, quanto per eam angustius descendebat, per hanc autem Deus descendit. Primum huius scalae gradum, quem Evangelista proposuit: *Cum natus*

esset locus, si contempler, duas in Christo natalitates reperiem. Primam aeternam: Et egressio eius a diebus aeternitatis, qua generatus Patri coaeternus est (Ps. 109): *Tecum principium in die virtutis tuae*: tecum est rerum omnium principium et exemplar, quo omnia formantur: *Omnia per ipsum facta sunt*. Dies virtutis Dei aeternitatis dies est, in quo generandi virtus prodit. Secundam videmus Ia Beithlehem Iudae: ubi ille, de quo dixit Salomon (3. Reg. 8): *Coeli colorum capere non possunt, in praesepti angustiis detinetur*. Reliquit divinus Samsion oppidi celsitudinem, et in Thamnata descendit, suamque immensitatem quodammodo coarctavit. Vere quidem de Christo Domino Psalmista cecinit (Psal. 92): *Dominus regnavit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudinem, et praecinxit se virtute*. Certum est Deum propter suam immensitatem per universas mundi plagas diffundi, et praecinxit se cingulo a matre accepto (Prov. 31): *Cingulum fecit, et tradidit Chanaan*, et ut ait in Ecclesia: *Stricta cingit fascia*, qua sese a deo coarctavit, ut brevi praeseptio caperetur. Quod in illo Exodi praefiguratum videmus, cum legis tabula, manna, et Aaronis virga in brevi area clausa erant: infantulus Moyses huius scabrae gradus est, quod nascatur in tempore, *In diebus*. Mirum profecto est, quod qui auctor est amorum, et mensium, horis mensuratur: *Antequam Abraham foret, dixit ipse Ioan. 8*, ego sum. Certe, ut Philosophi docent, mensura debet aequari mensurato: qui igitur fieri potest, ut aeternus tempore mensuraret? Hoc sane prodigium cernitur hodie in Beithlehem, dum qui immensa celsitudinis erat, ad nostram declinans humilitatem mensuratur. Quartus est tyranno subitici (Matt. 2): *In diebus Herodis regis*. Nihil profecto gravius excogitari potest, quam a Turcis captivum fieri Principem alioquin potentissimum. Christus sine a deo se demisit, ut tyranno regi sese subiceret. Quod si petas, quidnam ad hoc Christum Dominum sollicitaverit, non aliud profecto, quam ipsius in suam Sponsam dilectio respondeo: quae quia vera, et non simulata erat, operibus comprobata est: id enim proprium est veri amoris, ut illa antiquorum figura demonstrat, quam in academia Atheniensis expressere. Hi amoris Deum, medium inter Mercurium, et Heruleum eloquentia, et fortitudinis Deos depingebant, ut ostenderent, verum amorem non solum faendis verbis manifestandum, sed operibus etiam confirmandum, adeo ut pro dilecto omnibus audeat se discriminibus opponere: quod adamussem complevit Christus Dominus, cum tyranni se Herodis dominio subiceret, ut dilectam Sponsam a salatae tyrannica servilitate erueret. Hinc est, quod sancta mater Ecclesia hac die Iordanis baptismum, et miraculum de aqua in vinum conversa recolit: Christi enim baptismate Sponsae maculae delentur, iuxta illud Apostoli (Eph. 5): *Ut illam sanctificaret, mundans eam lavacro aquae*. Aquam in vinum convertens, charitatis tepiditatem, et spirituales glaciem aquis

expressam dissolvit, et tepida corda suae charitatis igne accendit, completurque Isaiae vaticinium (c. 64): *Aquae ardentur igni*. Ideoque canit Ecclesia: *Hodie coelesti Sponso uncta est Ecclesia*. Quoniam in Iordane lavit eius crimina. De hac die loquebatur Ioannes (Apoc. 19): *Tenerant nuptiae Agni*: quo etiam nomine eum vocaverat Baptista (Ioan. 1): *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*. Sponsa quidem Ecclesia est, Sponsus Agnus, connubii minister Ioannes, pronubus Spiritus sanctus in columbae specie apprensus. Nec defuerunt in hac solemnitate dona, quibus Sponsa donata est: accepit enim ab Sponso pretiosas fidei inhaeres, inestimabilem obedientiam torquem, charitatis auream calenam, et alia permulta virtutum monilia. Haec tam pretiosa munera Sponsa praevidens in hoc connubio sibi tribuenda, anxie has nuptias desiderans dicebat (Cant. 1): *Oleum effusum nomen tuum*. Quae verba, ut exponamus, supponendum, olim mulieres virorum nominibus fuisse solitas nominari: ut enim colligitur ex Isaia, feminae maximis donis viros cumulabant, ut illorum nominibus vocarentur (Isai. 4): *Tantummodo incoecet nomen tuum super nos, esto vir noster*. Unde in sacra Scriptura virorum nominibus eas legitimus appellatas, ut *Maria Iacobi*, *Maria Salome*. Hoc ergo expelens casta Christi Sponsa, efflagitabat oleum divini nominis effundi super eam: quasi diceret: nullis aliis gemmis ornari pelo, quam quod Sponsa Christi sum (Isa. 4): *Tantummodo incoecet nomen tuum super me, esto vir et sponsus meus*. Complevit Deus Sponsae suae hoc sanctum desiderium, efferam gentilitatem a remotissimis mundi plagis evocans, seque illi in Sponsum donans: immo passus non est divini Sponsi verax amor a Sponsa rogari, sed ipse eam praevenerit, stellamque nunciam misit, qua ad castum thalamum dilecta Sponsa duceretur. Sancti Patres Augustinus (in Ioan. tract. 9), et Cyprianus (tract. de Sena et Sion), existimant Adam efformatum, non ut putavit Iosephus, ex terra solius campi Damasceni, sed ex terra a quatuor mundi partibus desumpta, ut omnium parens esse designaretur. Immo et Adam nomen, ut ait sanctus Cyprianus, ipsi mirifice congruebat ad hoc idem significandum: Adam enim quatuor constat litteris, quae quatuor sidera in quatuor coeli partibus fixa significant; ex *Anatole*, quae est ad partem orientalem; desumit *A*, ex *Dysi*, quae a parte occidentali est, assumit *D*, ex *Arco*, quae est in aequilonari, secundum *A*, et accipit, ac tandem ex *Mesevria*, quae est in meridie, mutat *M*. Sic enim denotabatur, Adamum, dum omnes mundi regiones compledebatur, universalem esse omnium mortalium parentem. Sic secundus Adamus Christus Dominus ex quatuor humoribus, quatuorque qualitatibus corpus constans habuit, quarum singulae in singulis nationibus praedominantur, ut ad omnes proclivis esset, et omnes singulari dilectione prosequeretur, sive gentiles, sive barbaros, sive Persas, sive Arabes. Haec ardentissima Christi dilectio, qua nos omnes complecti desiderat, cuius quaeso fratres, etiam ingrati animi amorem non conciliabit?

cuius cor lameli aeneum non emolliet? cuius tandem obstinationem non devincet? sane etiam efferae et incullae gentes illi subiciuntur, ut praedixerat David (Psal. 44): *Sogittae tuae acutae, populi sub te cadent*, hoc est efferatae gentium monstra tuae legis iugo colla submittent, et illi, qui antea inimici erant, strictissimo amicitiae vinculo tibi devincientur. Vaticinatus hoc idem fuerat sub elegantia quadam melaphora sanctus Iob (c. 39): *Numquid volet rhinoceros servire tibi, aut morabitur ad praesepe tuum? numquid alligabis rhinocerotam, ad arandum loro tuo?* certe nemo unquam id praestare potuit: at infantuli huius virtus tanta est, ut tres illos indomitos, atque effraes rhinoceros, tres reges Magos intelligo, idolorum cultores ad praesepe Beithlehemiticum divinae legis mandatis velut funibus alligatos in brachio potenti perduxerit, ut ab iunium deorum sacrolego cultu avulsi, solum unum et verum Deum colerent. Sed quid iam de hac Magorum conversione Patres edixerint, in medium producamus. S. Maximus (hom. 5. in Epipl.) ait: *Quae tanta permutatio, fratres, quae ista conversio est? apud Iudaeos propheta loquitur, nec auditur, apud gentes stella tacet, et suadet. Vere, sicut scriptum est: quibus non est nunciatum, de eo videbunt, et qui non audierunt, intelligent. Ecce enim Chaldaei, quibus nihil unquam fuerat de huiusmodi mysterio praedicatum, intellexerunt natiuitatem Christi, ipsunquae Christum sollicito perquirentes, coelo monstratae stellae ductu invenire meruerunt. Nec sane a quibuscuque villis, obscuris, abiectisque hominibus haec sent vel intellecta, vel visa, sed a Chaldaeis, id est, apud quos superstitio regnabat error, in his ingressus mundum Christus primidias fidei salutaris invenit, et factum est inter Iudaeos, atque Gentiles quoddam perfidiae fideique certamen. Nato enim Christo exultabat Chaldaea, et tota cum suis principibus Hierosolyma torquebatur; inscubatur Iudaeis, Magus adorabat: Herodes aenebat gladium, Chaldaeus munera praeparabat; haec ille. D. autem Ioannes Chrysostomus haec scribit: De his Magis idem David significare monstratur, cum dicit: Venient legati ex Aegypto, Aethiopia praevenerit manus eius. Nam quia mundum istum saepe Scriptura divina in Aegyptum nuncupat, recte Magos illos intelligimus Aegypti legatos, qui quasi totius mundi legati electi, in muneribus, quae obtulerunt, crudeliter omnium gentium, ac fidei initia dedicaverunt. Post oblata itaque munera admoventur Magi, ne redeant ad Herodem regem, et sic per altam viam reversi sunt in regionem suam: exemplum nobis pudicitiae, ac fidei perferentes, ut cognito semel, adoratoque Christo rege, viam prioris itineris, id est, erroris veteris relinquentes, et per altam viam, in qua nobis dux Christus, incidentes, ad regionem nostram, id est Paradisum, de quo Adam pulsus est, redeamus. De qua regione dicitur in Psalmo: Placebo Domine in regione vivorum. Redunt igitur Magi communiti per altam viam, frustrata tyranni crudelitate: atque hoc modo per Magos et puer rex natus agnoscitur, et Herodis tyranni versuta superatur. Hunc autem triumphum, Dominum, ac Salvatorem nostrum par-*

culum, et in ipso corpore, natalitatis suae exordia habiturum, olim Isaías praevincit, dicendo: *Quoniam priusquam sciat puer vocare patrem, vel matrem, accipiet virtutem Damasci, et spolia Samariae adversus regem Assyriorum*. Virtus Damasci, quae puer natus Filius Dei accepit, aurum intelligitur, quod a Magis obtatum est. Spolia autem Samariae, videm Magi, quos de errore superstitionis Samariae, hoc est de cultura idolorum abstraxit. Qui cum ante spolia diaboli essent per falsam religionem, postea spolia Dei facti sunt per Christi cognitionem. Per regem autem Assyriorum Herodem significat, vel certe diabolum, contra quem Magi ipsi adversarii extiterunt, adorando scilicet Filium Dei Dominum, et Salvatorem nostrum; haec tenus Chrysostomus, qui (hom. 6. in Matth.), alia de hac conversione Magorum palchra edidit in haec verba: *Illud inquisitione dignum puto, unde hunc Magi illi potuerunt intellectum invenire, et quis eos in hoc suscitasse credatur: non enim haec mihi solius esse stellae videtur, verum etiam Dei, per quem illorum ad hoc aenigma commota est. Qui tale etiam aliquid in Cyro legitur rege fecisse, praeparans eum, ut Iudaeorum populum a iugo captivitatis absolveret, non tamen sic istud operando, ut liberi arbitrii iura perfringeret. Siquid tantum eum Paulum vocavit et caelo, non suam tantummodo gratiam, sed etiam illius fecit obedientiam relucere. Et cur, inquit, non hoc magis omnibus revelaret? quia scilicet, non omnes fuerant credituri; erant quippe isti cunctis, qui in illa versabantur aetate, ad fidem paratiores. Nam et cum plurimae altiae gentes perirent, ad solos inquit Ninivitas Propheta directus est. Et duo latrones iuncta Dominum pepererunt, sed unus tantum electus est in salutem. Considera igitur horum, et admirare virtutem, non modo, quia tam longi itineris subiere laborem, sed etiam, quia tam simpliciter et libere egerunt cum rege. Venimus, inquit, adorare eum; et neque tumultum populi, neque clamorem, nec potestatem formidant tyranni. Unde mihi videntur isti etiam in regione propria facti esse postea civium suorum magistri. Qui enim hic nequaquam ista dicere timerunt, multo magis haec ipsa liberius patriae suae hominibus praedicarent. S. Fulgentius (ser. de Epipl.), loquens de muneribus, quae Sponso suo nova Sponsa obtulit, eleganter haec scripsit: Attende quid obtulerunt, et agnosce quid crediderunt. Refert enim Evangelista, quia intrantes domum incenerunt puerum cum Maria matre eius, et procedentes adoraverunt eum, et aperti thesauris suis, obtulerunt ei munera, thus, aurum, et myrrham. Per ista tria munerum genera, in uno eodemque Christo et divina maiestas, et regia potestas, et humana mortalitas intimatur. Thus enim ad sacrificium, aurum ad tributum, myrrha pertinet ad sepulturam mortuorum. Omnia sancta fides Christo veraciter offerre non desinit, dum unum eundemque verum Deum, verum regem, verumque hominem credit, ut vere pro nobis mortuum veraciter recognoscant. In oblatione thus confanditur Arianius, qui soli Patri sacrificium offerri debere contendit. In oblatione myrrhae confunditur Manichaeus, qui Christum vere*

mortuum pro nostra salute non credit. In auro vero simul uterque confunditur, quia et Machabeus de semine David secundum carnem natum non credit regem, et Arrianus Deo unigenito naturalem assignare nititur servitutem. Proinde uterque non experietur regem, a quo per fidem regatur, sed a quo infidelitatis crimine puniatur, quia ab uno dicinatis, ab altero carnis veritas denegatur. In iisdem muneribus confunditur etiam Nestorius, qui nititur Christum in duas personas dividere, cum videat Magos non alia Deo, et alia homini, sed uni Deo homini eadem munera obtulisse suppliciter. Non ergo dicidatur in personis, qui non invenitur dicisus in donis. Propterea quippe unus idemque istis muneribus honoratur, ut unus idemque Deus et homo cognoscatur; haecenus s. Fulgentius. Quod si quispiam interroget, quare Christus in infantili aetate voluerit regibus apparere: huic interroganti tam eleganter, quam pie respondet s. Chrysologus (*serm. 3. de Epiph.*):

Saepe quaerimus, quare sic mundum Christus intrat, ut ventris experietur angustias, partus puniatur iniuriam, sustineat vincula pannorum, canabula toleret imbecilla, lacrymis uberum nutrimenta disquirat, aetatum gradus necessitates persentiat. Et qualiter venire debuit, qui voluit apportare gratiam, timorem pellere, quaerere charitatem? Natura docet omnes, quid valeat, quid mereatur, infantia. Infantia quam barbariem non vincit? quam feritatem non mitigt? quam crudelitatem non comprimit? quem non compescit suorem? quam non potestatem deponit? quem non inficit rigorem? quam duritiam non resoluit? quid non amoris exostulat? quid non affectionis extorque? quam non imponit gratiam? quam non impetrat charitatem? Hoc ita esse sciunt patres, matres sentiunt, probant omnes, viscera humana testantur. Sic enim nasci voluit, quia amari voluit, non timeri; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

DE BAPTISMO A CHRISTO DOMINO

IN IORDANE SUSCEPTO

ET EIUS ARCANIS

LIBER SEPTIMUS

HOMILIA PRIMA

Elucidantur verba illa: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi; ubi multiplex causa designatur, ob quam Christus Dominus Agnus a Ioanne vocatus est.

Antequam de Christi Domini baptismo disserere incipiam, oportet verba proposita, quae praevie ad illum Ioannes dixit, ante eius tractationem discutienda praemittere. Sanctus Cyrillus, et Theophylactus (*super cap. 1. Ioan.*), illa enucleantes, observant, et merito, quod in Graeco non sine speciali emphasi dicitur Agnus ille, hoc est, Agnus ille, quem Prophetiae praenunciarunt (*Isa. 53*): *Quasi agnus coram laudante obmutescet.* Agnus ille, quem antiqui Patres enixe exposulabant (*ib. 16*): *Emulo Agnum, Domine, dominatorem terrae.* Agnus ille, quem lex praesignavit, praecipiens bis offerri in templo, quia divinus iste Agnus bis sacrificandus erat, matutino, et vespertino tempore, in infantia scilicet, et iuventute; siquidem in utraque pro nobis sanguinem effudit. Estque maxima observatione dignum, quod illud sacrificium significabat perpetuitatem beatitudinis, quam per huius Agni sanguinem consecuturi sumus (*Exod. 39*): *Agnos anniculos duos quotidie in holocaustum sempiternum, unum offerretis mane, et alterum ad vespertim.* Quem tandem Moyses praefiguravit, praecipiens filiis Israel, ut in egressu ex Pharaonis captivitate Agnum Deo immolarent: ut enim olim illi e servitute Aegyptiaca non ante fuere liberati, quam Agnus fuit immolatus; ita nos a tyrannica peccatorum servitute non ante sumus erepti, quam innocentissimus Agnus filius Mariae in victimam Deo Patri in ara crucis se offerret. Haec perpendens d. Augustinus (*tract. 7. in Ioann.*) ait: *Utiq; singulariter iste Agnus, CARTHAGENA de SS. Trinit. et Christ. Dom. — Vol. IV.*

nom et discipuli dicti sunt agni: Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Agnus singulariter sine macula, sine peccato: non cuius maculae abstersae sunt, sed cuius macula nulla fuerit. Ipse Ioannes non erat agnus? non erat vir sanctus? non erat amicus sponsi? Ergo singulariter ille hic est Agnus Dei, qui singulariter huius Agni sanguine solo homines redimuntur. Duplicem autem ob causam docent Patres vocasse Ioannem Christum Dominum Agnum. Primo ad significandam exitum eius innocentiam. Praecipiebat enim Deus, ut Agnus sibi immolandus, qui Christi figuram gerebat, absque macula esset, masculus, et anniculus: absque macula, ut innocentiam; masculus, ut fortitudinem; anniculus, ut perfectionem adumbraret. Quam interpretationem docuit me Gregorius Nazianzenus (*orat. 4*) in haec verba: *Immaculatus Agnus est, et incorruptus, ut qui naevos, ac vitia, ac sordes a peccato manantes curret. Quamvis enim peccata nostra susceperit, et morbos portaverit, ipse tamen nihil eorum, quae curationis indigent, perpressus est.* Tentatus est enim per omnia pro similitudine nostra, ceterum absque peccato. Ille enim, id est daemon, qui lucem in tenebris lucentem persecutus est, id est Christum, eum nequaquam comprehendit. Masculus est, qui Adam fortitudine, ac robore superet, nihil muliebre, nihil molle, atque effeminatum gessit. Perfectus non modo propter divinitatem, qua nihil est perfectius, sed etiam propter humanitatem. Hinc est, quod cum Ioannem non lateret praecellens Christi Domini sanctitas, ac innocentia, non baptizavit eum eisdem caeremoniis, quibus alios. Est enim constans Patrum sententia, ut supra est ostensum, Ioannem baptizasse in nomine Christi venturi, sub qua forma manifestum est non baptizasse illum. Deinde Euthymius (*cap. 3. super Matth.*) refert ex multorum sententia, quod Ioannes unumquemque baptizatum in aquam ad collum usque immisum detinebat, quousque peccata sua confessus esset, et post confessionem a-